

dicatur animalis. Quo sensu animalis, parvulus in Christo, carnalis, et secundum hominem, hic idem sunt.

Itaque parvulus in Christo, et adhuc animalis homo, fide licet instructus, et mysteria credat, præ imbecillitate tamen spiritus, non intelligit ea quæ sunt Spiritus Dei, id est, magis spiritualia, sublimiora, ac diviniora in mysteriis fidei.

STULTITIA ENIM EST ILLI. Hæc, quia aliorum, videtur illi absurda et rationi contraria, et ea non potest intelligere, quæ spiritualiter, sunt discutienda, examinanda, iudicanda. Biblia Romana habent, *examinantur*. Hoc autem ipsis captum superat, utpote qui naturali tantum rationis lumine est associatus. Sicut supra, cap. 1, dixit quod *verbum crucis perennibus*, id est, infidelibus, est stultitia, sic nunc dicit quod spiritualiora fidei sunt ipsis fidelibus, sed in fide parvulis, stultitia. Hincque probat quod hæc spiritualiora non sint illis parvulis et infirmis exponenda; ut enim bene D. Thomas explicat, his in verbis hæc includitur rationatio: Nulli sunt tradenda documenta, quæ capere non potest; sed homo animalis non potest ea

quæ sunt Spiritus Dei. Animalis hic dicitur qui tantum sensus, et naturale rationis lumen sequitur; sive qui secundum animam est, et secundum animam sapit, quique animæ sensa et cogitata sequitur, quales erant apostoli ante Spiritum sanctum, et Corinthii hoc tempore, quærentes eloquentiam; et jam multi fideles etiam non mali, qui aliorum non capiunt.

Nota. Animalis dicitur, qui animæ vivit; sumiturque tripliciter: Primo, qui crescit, nutritur, eget cibo, ut animalia. Sic Adam creatus licet in gratia, dicitur animalis, 1 Cor. 15. Secundo, qui sequitur animam, id est, concupiscentia, desideria. Sic Judas vocat animalis, spiritum non habentes. Tertio, qui scientiam, non spirituale et sublimem, sed animæ sensibusque obviat, et facilem sequitur. Ita hic capitur.

Sic spiritualis dicitur, qui Spiritu vivit. Primo, quasi spiritus, non egressus eibus, sic Christus post resurrectionem dicitur spiritualis, 1 Corin. 15. Secundo, qui Spiritus instructum, dictamen, et impulsam sequitur. Ita sepe alibi. Tertio, qui Spiritus sublimem doctrinam capit et haurit, ita hic vocatur spiritualis, inquit Chrysostomus, D. Thom. et alii.

S. Bernardus, vel quisquis est auctor tractatus de Vita solitaria: Incipientium, inquit, status potest dici animalis; proficium, rationalis; perfectorum, spiritualis, etc. Perfecto vero hominis rationalis initium est hominis spiritualis; profectus ejus, revelata facie speculari gloriæ Dei; perfectio vero transformari in eandem imaginem à claritate in claritatem, sicut à Domini Spiritu.

Stultitia enim est illi. Melius ex Græco: Stultitia enim est sunt. Quia que sunt Spiritus Dei, stultitia sunt illi homini: sublimiora divini Spiritus mysteria: minime ea que Paulus inter perfectos loquitur.

Et non potest intelligere, Græcè, cognoscere, scilicet ea que sunt Spiritus Dei. Nondum est, inquit, capax eorum cognoscendorum, nondum aptus est ad ea percipienda.

Quia spiritualiter examinatur, juxta rationes Spiritus sancti, et regulas fidei. Examinatur. Ita Biblia Romana. Animalis homo non potest percipere quæ sunt Spiritus Dei: quoniam illa spiritualiter examinatur, id est, spirituali intellectu examinanda, discutienda, ac dividenda sunt.

Vers. 15. — Spiritus autem judicat omnia. Vocatur spiritualis, qui fidem et prudentiam atque doctrinam Spiritus sancti sequitur, qui Spiritum rectorem

per spirituala documenta; ergo non suat ei tradenda.

Vers. 15. — SPIRITUALIS AUTEM... Spiritualis tripliciter etiam sumitur: 1° qui cibo non eget, ut Christus nunc; 2° qui spiritus dictamen sequitur; 3° qui sublimiora fidei mysteria intelligit. Itaque spiritualis, perfectus ac id est, magis Christianus, qui Spiritum sanctum doctorem habet, discernit, discutit et iudicat omnia, etiam sublimiora.

ET IPSE A NEMINE JUDICATUR... quia aliorum examine et iudicio superior est, utpote Dei Spiritu illuminatus. Hoc ergo intelligendum de homine verè spirituali, et ut spirituali, seu ut spiritualiter iudicante; aliis errare et argui potest, sicut D. Petrus à D. Paulo reprehensus fuit.

Vers. 16. — QUIS ENIM COGNOVIT... Rationem dat ob quam spiritualis non potest iudicari ab animalis, quia scilicet animalis caret sensu et intellectu rerum divinarum et spiritualium. Quasi diceret: Ut animalis homo spirituale iudicare posset, deberet Dei mentem et secreta melius nosse quam nôrit homo spiritualis; at non cognoscit ea; vel enim illa naturaliter

anime habet, et doctorem. Ita S. Chrysostomus, Anselmus et divus Thomas. Spiritualis omnia iudicat, id est, examinat, redarguit, et discernit secundum regulas fidei, et prudentie divine, quæ habet, ut in eo que quis spiritualis est, à Spiritu salis est instructus. Sensus: Homo spiritualis (quem supra dixit perfectum), qui pro consuetudine mentem habet exercitiam in divinis, utpote jam adultus et provectus in via spirituali, idoneus est ad bene iudicandum, non solum de rebus sensibilibus atque terrenis (quod solum potest animalis); verum etiam de spiritualibus, id est, altioribus ac difficilioribus religionis nostræ mysteriis, quæ à Christo coelestia vocantur, Joan. 5. Si, inquit, terrena dixi vobis, et non creditis, quomodo si dixerò vobis celestia, creditis? Augustin., lib. de verà Religione, cap. 51, de spirituali dicit: Omnia iudicat, quia super omnia est, quando cum Deo est: cum illo autem est, quando purissime intelligit, et tota claritate quod intelligit, diligit.

Et ipse à nemine iudicatur. A nemine, id est, à nullo alio, qui videlicet non sit spiritualis. Ita post Chrysostomum Theophylactus, adducta similitudine de vivente et non vivente. Nam qui videt, est, sua videt, et ea que sunt non videns: hic verò nec sua, nec que illius sunt videt.

Alioqui spirituale à spirituali iudicari, quomodo Petrus à Paulo iudicatus fuit, Gal. 2, nihil prohibet. Unde nec sequitur hominem spirituale non iudicari à lege. Nam et lex ipsa spiritualis est, Rom. 7. Sed dices: Igitur à suo principe vel prebato, si sit animalis, iudicandum non erit is qui spiritualis est? Verum hic non agi de iudicio publice potestatis, quod est principum et prelatorum. Tantum enim toto hoc loco vult Apostolus per spirituale excludere animale et mundanum sapientiam, et conferre ac proferre spirituale animalis quæ gloriabantur Corinthiis, et cupis imperitiam Paulum postponentem Apollo. Unde tacite Corinthios vocat animalia, quia quærebant docta humane sapientie verba, id est, humanam sapientiam et eloquentiam, qualem mirabantur in Apollo: dicitque eos non posse iudicare de spiritualibus, et sua sapientia spirituali; se verò et sibi similes viros spirituales quære debere tam de sapientia spirituali, quam animalis. Hoc et non aliud vult Apostolus.

Vers. 16. — Quis enim cognovit (per se scilicet) sensum Domini, qui instruat eum? Respicit Apo-

et vi luminis naturalis nosset, quod est impossibile: vel supernaturaliter, Deo scilicet revelante; sed supponitur contrarium, cum supponitur animalis, seu solius anime naturali lumine ductus, Quis enim hominum humano lumine mentem Dei melius novit, ut doceat eum?

NOS AUTEM SENSUM CHRISTI HABEMUS; SYR., mentem; Arab.; intellectum; Ethiop.: Cogitationes tenemus ac novimus ex revelatione Spiritus sancti, ut dictum est, v. 10. Apostoli mens his in verbis est Corinthiis insinuare, 1° quod apostoli per Spiritum sanctum spi-

ritualis ad locum Isaiæ 40, qui sic habet: Quis cognovit mentem Domini, et quis ejus consiliarius fuit? Qui instruat eum? Igitur Paulus hic beneplacitum exerceat, humilis est in se, humiliter, et cum omnibus sincere humilitatis indicis, inter homines conversatur, v. 5, quasi solum Jesum Christum, hancque crucifixum sciat, v. 2. Hunc unum predicat simpliciter, abiectione humane scientie ornamentis, v. 1, 4; at magno spiritus ardore, Dei Spiritum præ se ferente, v. 4. Hæc est veri Apostoli idea, hic à Spiritu sancto nobis in D. Paulo descripta; ad quam quò propius quis accesserit, eò justius Apostoli titulum merebitur. Videat concionator evangelicus dicta v. 1, 2, 3, 4. Videat speciatim que sint apostolicæ demonstrationes, ut illis utatur. Vide v. 4.

2° Omnis anima Christiana discat ex v. 2, quod sit hæc christianæ pietatis, sanguis nimirum Domini nostri Jesu Christi, Filii Dei, pro nobis passi, crucifixi,

Corollarium pietatis seu in hoc capite maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1° Vir apostolicus in apostolo Paulo observat apostolicum vite, scientie, conversationis et predicationis modum. Paulus jussu Dei, apostolus Jesu Christi, ut apostolatum juxta Dei beneplacitum exerceat, humilis est in se, humiliter, et cum omnibus sincere humilitatis indicis, inter homines conversatur, v. 5, quasi solum Jesum Christum, hancque crucifixum sciat, v. 2. Hunc unum predicat simpliciter, abiectione humane scientie ornamentis, v. 1, 4; at magno spiritus ardore, Dei Spiritum præ se ferente, v. 4. Hæc est veri Apostoli idea, hic à Spiritu sancto nobis in D. Paulo descripta; ad quam quò propius quis accesserit, eò justius Apostoli titulum merebitur. Videat concionator evangelicus dicta v. 1, 2, 3, 4. Videat speciatim que sint apostolicæ demonstrationes, ut illis utatur. Vide v. 4.

2° Omnis anima Christiana discat ex v. 2, quod sit hæc christianæ pietatis, sanguis nimirum Domini nostri Jesu Christi, Filii Dei, pro nobis passi, crucifixi,

CAPIT. III.

1. Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam parvulis in Christo.

2. Lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis.

3. Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis?

4. Cum enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli, alius autem: Ego Apollo, nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus?

5. Ministri ejus cui credidistis, et unicuique sicut Dominus dedit.

6. Ego plantavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum dedit.

7. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus.

rituale ac divinam receperunt sapientiam, ac celestia fidei mysteria homines edocenda; 2° quod hæc divina sapientia apostolorum sit sine comparatione sublimior ac prestantior humanâ ac seculari sapientia, quam tantoperè mirantur Corinthii, quia adhuc animales et nondum spirituales.

Mundanæ sapientie contemptum ingerit: celestis et divinæ sapientie amorem inspirat; abstrahit ab illâ, ut ad hæc transferat. Juxta D. Pauli scopum, istam et tu contemne, hæc ama et desidera.

enim sapientia non Platonis est, non Pythagore, sed Christi, qui sua ipsius dogmata menti nostræ infudit. Ita Chrysost. Potest autem tota sententia sic explicari: Quavis hæc interrogatio probare intendit, non animales, sed spirituales, cuiusmodi imprimis erant apostoli. nosse ea que sunt Spiritus Dei: ac de his posse iudicare, eademque aliis tradere. Et enim est quod sequitur: Nos autem sensum Christi habemus. Sensum, id est, mentem, intelligentiam, sapientiam Christi, puta spirituale et divinum, non animale et humanam; nostra

mortui. Hoc lacte nutriatur per continuum meditationem; hoc divinum lac bene potatum et digestum, omnium vitiorum ardorem extinguat in pectus cordibus. Hoc idem lac omnium christianarum virtutum pulchritudinem efformat in animabus sanctis. Vide fusiùs dicta ad versum secundum.

5° Vir spiritualis et perfectus discat ex v. 7, que sit vera sapientia, cui debeat perpetuo studere, scilicet Jesus Christus, Deus homo, seu æternus Dei Sapientia, sub humanitatis nostræ tegumento abscondita; in ipso habitat plenitudo divinitatis; hinc in eo absconditi sunt omnes scientie et sapientie thesauri. Quò intimitus illum penetraveris, eò profundiores scientie et sapientie thesauri invenies. Hanc sapientiam miraberis pro te in mysterio absconditam, et quasi annihilatam, v. 7, initio. Hanc sapientiam amabis ab æterno predestinatam ad tuam temporalem et æternam gloriam, v. 7, in fine.

6° C'est moi qui ai planté, c'est Apollon qui a arrosé; mais c'est Dieu qui a donné l'accroissement.

CHAPITRE III.

1. Aussi, mes frères, je n'ai pu vous parler comme à des hommes spirituels, mais comme à des personnes encore charnelles, comme à de petits enfants en Jésus-Christ.

2. Je ne vous ai nourris que de lait, et non pas de viandes solides; parce que vous n'êtes pas alors capables; et à présent même vous ne l'êtes pas encore, parce que vous êtes encore charnels.

3. Car puisqu'il y a parmi vous des jalouxies, des disputes, n'est-il pas visible que vous êtes charnels, et que vous vous conduisez selon l'homme?

4. En effet puisque l'un dit: Je suis à Paul, et l'autre: Je suis à Apollon, n'êtes-vous pas charnels encore? Qu'est donc Paul, et qu'est Apollon?

5. Ce sont les ministres de celui en qui vous avez cru, chacun: selon le don qu'il a reçu du Seigneur.

6. C'est moi qui ai planté, c'est Apollon qui a arrosé; mais c'est Dieu qui a donné l'accroissement.

7. Et ainsi celui qui plante n'est rien; celui qui arrose n'est rien; mais tout vient de Dieu, qui donne l'accroissement.

8. Qui autem plantat, et qui rigat, unum sunt; unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

9. Dei enim sumus adiutores; Dei agricultura estis, Dei ædificatio gratiam.

10. Secundum imperium Dei, quæ data est mihi, sapiens architectus fundamentum posui; alius autem superædificat. Unusquisque autem videat quomodo superædificet.

11. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.

12. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam;

13. Unusquisque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur; et unusquisque opus quale sit, ignis probabit.

14. Si cuius opus manserit quod superædificavit, mercedem accipiet.

15. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem.

16. Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?

17. Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus; templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

18. Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens.

19. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astantia eorum.

20. Et iterum: Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.

21. Nemo itaque gloriatur in hominibus.

22. Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura; omnia enim vestra sunt.

23. Vos autem Christi: Christus autem Dei.

ANALYSIS.

Paulus qui in capite 2, v. 15, spiritualibus spiritualia confert, Corinthiis, utpote carnalibus, spiritualia conferre non potuit; sed lac, quasi parvulis, potandum dedit, v. 1.

Etiam et nunc carnales sunt et parvuli, quia de magistrorum suorum præcellentiâ pueriliter inter se contendunt, v. 2, 3, 4.

Ut hanc Corinthiorum infantiam erudiat, simul et illorum schisma funditus evertat, quaerit: Quid ergo sunt illi magistri vestri, ob quos inaniter contenditis? v. 4.

Nonne ministri Dei, qui vobis fidem dedit; et quidem ministri tales, quales illos effecit? v. 5.

Hinc eis concludendum relinquunt: Ut quid ergo de ministris gloriamini, et non potius de Domino, à quo et fides vestra, et vestrorum præceptorum omnis excellentia?

Rem duabus illustrat similitudinibus.

Prima. Agricultura estis, ô Corinthii; Deus agricola; vestri præcones sunt ejus ministri; unus eorum vos Dei

8. Celui donc qui plante et celui qui arrose ne sont qu'une même chose. Mais chacun recevra sa récompense particulière selon son travail.

9. Parce que nous sommes les coopérateurs de Dieu, et vous êtes le champ que Dieu cultive, et l'édifice qu'il bâtit.

10. Selon la grâce que Dieu m'a donnée, j'ai posé le fondement comme un sage architecte. Un autre bâtit dessus: mais que chacun prenne garde comment il bâtit sur ce fondement.

11. Car personne ne peut poser d'autre fondement que celui qui a été mis; et ce fondement c'est Jésus-Christ.

12. Si donc on élève sur ce fondement un édifice d'or, d'argent, ou de pierres précieuses, où si on en élève un de bois, de foin, de paille;

13. L'ouvrage de chacun paraîtra enfin; et le jour du Seigneur fera voir quel il est, parce qu'il sera découvert par le feu, et que ce feu mettra à l'épreuve l'ouvrage de chacun.

14. Si quelqu'un a bâti sur ce fondement un ouvrage qui demeure sans être brûlé, il en recevra la récompense.

15. Si l'ouvrage de quelqu'un est consumé par le feu, il en souffrira la perte; il ne laissera pas néanmoins d'être sauvé, mais comme en passant par le feu.

16. Ne savez-vous pas que vous êtes le temple de Dieu, et que l'Esprit de Dieu habite en vous?

17. Si quelqu'un donc profane le temple de Dieu, Dieu le perdra; car le temple de Dieu est saint. C'est vous qui êtes ce temple.

18. Que nul ne se trompe soi-même; si quel'un d'entre vous pense être sage selon le monde, qu'il devienne fou pour être sage.

19. Car la sagesse de ce monde est une folie devant Dieu, selon qu'il est écrit: Je surprendrai les sages dans leurs propres artifices;

20. Et ailleurs: Le Seigneur pénètre les pensées des sages, et il en connaît la vanité.

21. Que personne donc ne mette sa gloire dans les hommes.

22. Car toutes choses sont à vous, soit Paul, soit Apollon, soit Céphas, soit le monde, soit la vie, soit la mort, soit les choses présentes, soit les futures: tout est à vous,

23. Et vous êtes à Jésus-Christ, et Jésus-Christ est à Dieu.

jussu plantavit, ater rigavit; et Deus solus effecit ut plantati et rigati germinaretis, cresceretis et fructificaretis, v. 6.

Concludendum relinquunt: Ergo Deo agendum gratias, et in Deo gloriamandum, non in ministris, qui suam à Domino mercedem pro labore recipiunt, v. 8.

Secunda. Vos ædificium; Deus architectus; apostoli sunt ejus cooperarii; unus, Dei jussu, fundamentum posuit, alii superædificavit, v. 9.

Hic, relicto tantisper ædificio, deflectit ad operarios. Ego, inquit, inter vos fundamentum posui; videant quisquis alius operarius quid fundamento superædificet.

Equidem non potest aliud poni fundamentum, quam quod à me positum est, scilicet Christus Jesus, v. 10, 11. Potest autem diversimodè huic fundamento inædificari, scilicet vel aurum, vel argentum, vel lapides pretiosi, vel ligna, vel fœnum, vel stipula, v. 12.

Quale autem fuerit cuiusque opus, ignis probabit in die iudicii: ille, cuius tunc opus in igne illesum per-

manserit, v. 15. Bonus operarius reputabitur, et remunerabitur, v. 14. Ille verò, cuius opus arserit, operam laboris sui perdet, et operis sui dispendium patietur; et ipse salvabitur sicut homo, incensâ domo, transiens per ignem, v. 15.

Redit ad ædificium. Templum Dei vos estis, v. 16; deinde malos operarios alloquitur: Vae eis qui templum Dei violaverint, disperdet illos Deus, v. 17.

Hic illos omnes alloquitur, et eos præsertim qui ob sapientiam humanam efferebantur. Et sicut supra, v. 10, dixit: Videat unusquisque, etc., sic nunc: Nemo se

seducat, humanâ sapientiâ deceptus; sed qui hâc sapientiâ sapiens est, simplicitati et humilitati evangelicæ studeat, ut verè sapiat, v. 18.

Corinthios omnes alloquens, ex supra dictis concludit: Nemo gloriatur in hominibus, quicumque sint illi, sed in Domino; omnia quippe per Christum nostra sunt; nos Christi, et Christus Dei. Itaque in Christo Domino gloriemur, per quem et in quo nobis omnia donata sunt; et in Deo, qui nobis Christum ipsum, et omnia in ipso nobis donavit, v. 21, etc.

PARAPHRASIS

1. Et ego, fratres, cum essem apud vos, non potui convenienter vobiscum loqui quasi cum spiritualibus; sed veluti cum carnalibus, seu adhuc in Christo parvulis.

2. Lac vobis potandum dedi, non escam solidam præbui, nondum enim eam ferre poteratis; imò ne nunc quidem potestis, quia carnales et infantes adhuc estis.

3. Cum enim inter vos, quasi inter parvulos, sit æmulatio, et ex æmulatione contentio, nonne carnales estis, secundum humanum et carnalem affectum ambulatis?

4. Cum enim unus vestrum dicat: Ego sum Pauli, et alter dicat: Ego sum Apollonis, nonne humanis et carnalibus affectibus estis obnoxii?

Quid sunt igitur sive Apollonis, sive Pauli, sive alii?

5. Ministri sunt ejus, cui credidistis; et illorum unusquisque ministrat, sicut illi dedit Dominus.

6. Ego Paulus, Dei minister, Ecclesiam vestram plantavi per fidem; Apollon, alter Dei minister, vos quasi plantam novellam rigavit uberiori doctrinâ; sed Deus vobis à me plantatis, ab Apollone rigatis, dedit vitam gratiæ et incrementum fidei.

7. Itaque nec plantator, nec rigator debent à vobis ut aliquod considerari; sed Deus solus, qui vitam vobis et incrementum dedit.

8. Uterque autem et plantator et rigator, æquè sunt ministri ejusdem Domini, à quo unusquisque illorum, propriam mercedem recipiet, secundum laborem suum.

9. Dei enim sumus cooperarii, in vobis colendis, qui Dei estis agricultura, et in vobis ædificandis, qui estis ædificium Dei (hinc unum sumus, hincque à Domino merces nostra).

10. Ego Paulus, secundum gratiam à Deo mihi datam, Ecclesie vestre fundamentum posui ut architectus sapiens; alius autem super illud ædificat; porro videat quisque quomodo superædificet.

11. Nam, quod ad fundamentum spectat, nemo

COMMENTARIA.

VERS. 1.—ET EGO FRATRES... Sicut hic locus ad præcedentium intelligentiam confert, sic ex præcedentibus ipse clarius intelligitur. Quis sit spiritualis,

VERS. 1.—Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi

potest aliud ponere quam quod ego posui, scilicet, Christum Jesum (cujus fidem vos primus docui);

12. Si quis autem super hoc fundamentum ædificat aurum, vel argentum, vel lapides pretiosos, vel ligna, vel fœnum, vel stipulas,

13. Quale sit unusquisque opus aliquando manifestum erit; hoc enim dies Domini declarabit, quia in igne et cum igne fiet et declarabitur dies illa; et tunc ignis unusquisque opus non manifestabit tantum, sed et probabit.

14. Ille, cuius opus, quod superædificavit, illesum manserit in igne, laboris sui justam recipiet mercedem.

15. Ille verò, cuius opus exustum fuerit ab igne, et laboris operam perdet et operis sui dispendium patietur; ipse tamen salvus erit, sed sicut homo, qui incensâ domo, transiens per ignem.

16. Nescitis vos Dei templum esse, et Spiritum Dei in vobis habitare?

17. Si quis autem templum Dei destruxerit, eum Deus malè perdet: siquidem templum Dei sanctum est, quod estis vos.

18. Nemo semetipsum seducat: si quis inter vos sapiens esse videtur (sapientiâ seculari), stultus evadat, simplexque fiat, ut sit verè et coram Deo sapiens.

19. Sapientia enim mundana non pluris æstimatur à Deo quam stultitia. Scriptum est Job. 5, 15: Capiam sapientes in calliditate ipsorum.

20. Et Ps. 95, 11, scriptum est: Novit Dominus cogitationes hominum, qui sapientes sibi esse videntur, vanas et stultas esse.

21. Quapropter nemo gloriatur in hominibus;

22. (Sed in Deo, per cuius misericordiam) omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollon, sive Petrus (aliquæ Dei ministri), sive mundus, sive vita, sive mors (et prospera, et adversa), sive præsentia, sive futura, omnia, inquam, vestra sunt (per Dei gratiam).

23. Vos autem estis Christi; Christus autem Dei.

Ergo in Christo gloriamini, cuius estis, et in Deo qui vobis Christum et in Christo omnia dedit.

intelligitur ex cap. 2, v. 15; quis sit carnalis, parvulus in Christo, seu animalis, ex v. 14, cum hoc discrimine, quòd animalitas hic imbecillitatem mentis ac

spiritualibus, sed quasi carnalibus. Idem est hoc loco

judicii denotet; carnalitas autem vitium affectibus indicet. Quid sit lac, seu facilius et suavior christianæ religionis doctrina, ex v. 2 et 7, de humanitate et passione Christi; quid esca, seu solidus cibus, sublimior doctrina, sapientia, v. 7.

Horum autem cum precedentibus connexio clara est. Paulus supra dixit quod sapientiam loquatur inter perfectos, v. 6, et quod spiritualia spiritualibus conferat, seu sublimiora perfectis, v. 15. Nunc Corinthiis rationem reddit eorū hanc apud illos sapientiam non sit locutus, nimirum quia illius incapaces erant.

ET EGO, FRATRES, cum apud vos essem, non potui convenire, seu non judicavi expedire vobis, quasi spiritualibus spiritualia conferre, et sapientiam inter vos loqui (non propter suam egestatem, sed propter illorum imbecillitatem), sed necesse duxi vobis, quasi carnalibus, id est, adhuc in Christo parvulis.

VERS. 2. — *LAC VOBIS...* dare potandum, seu elementa fidei simpliciter tradere; non escam, seu solidum cibum præbere, quem nondum ferre et concoquere poteratis. Quasi diceret: Temperanda et vobis accommodanda fuit Christi doctrina; quia ergo parvuli eratis in Christo, et quasi modo geniti, lac vobis dedi, non cibum; ut parvulis locutus sum, simplicem fidei doctrinam simpliciter vobis tradidi; sapientiam vero, seu sublimiorem ejusdem fidei doctrinam non sum locutus: non quia nesciebam, sed quia non vobis expediebat: illius enim eratis incapaces; *animalis homo non percipit...*, ut dixi supra, cap. 2, v. 14.

Nota et advertit quod postquam Apostolus in precedentibus suam in prædicando simplicitatem apud Corinthios tuitus est, 1^a quia talis fuit Dei voluntas, qui simplicitatem prætulit humanae sapientie, cap. 1, v. 21, 27; 2^a quia prædicationis suæ materia, scilicet, Jesus Christus, hinc crucifixus, simplicem prædicandi modum postulavit, cap. 2, v. 2; tertiam nunc rationem addit, que Pauline prædicationis simplicitatem ita justificat, ut et Corinthiorum supercilium, ob sapientiam seculari superbiuntium, deprimat. Afirmat enim quod ob eorum in religione christianã ruditatem et infantiam, necesse habuerit eis simpliciter loqui, utote altioris doctrinæ, seu sapientie incapaces.

carnalis, qui supra *animalis*. Sicut enim illic animal, ita hic carnalis spirituale opponit: ut carnalis intelligatur, qui sensu carnis impeditur à spiritualibus contemplandis.

Tanquam parvulus in Christo. Carnales exponit Apostolus parvulus sive infantes in Christo, quod nimirum ipsi quasi parvuli et carnales tantæ sapientie necdum essent capaces, ne proinde non escã sed lacte nutriendi.

VERS. 2. — *Lac vobis potum dedi*. Humiliorem ac simpliciter doctrinam, quam vellet infantes in Christo facilius caperent, vobis tradidi. Lac vocat Apostolus faciliorem, suaviorem et simpliciter doctrinam de Christi humanitate et gratiã ac redemptione: qualis convenit catechumenis recentis conversis, et adhuc carnalibus.

Non escam, non cibum solidum. Perfectorum est solidus cibus, Hebr. 5, quo nomine significat doctrinam sublimiorem que adultis in Christo convenit. *Escam*, id est, solidum cibum, vocat perfectiorem, robustiorem, et de altioribus mysteriis doctrinam;

Hinc discat omnis doctor quod doctrina sit auditoribus accommodanda; parvulis lac sit dandum, provectoribus esca solidior præbenda. Omnium quippe est fides; at paucorum intelligentia: hujus prudentie defectu, quot conciones inutiles!

Doctrinam auditoribus accommodabat doctor gentium, quia semetipsum non prædicabat, nec suam in prædicando gloriam querebat; sed auditorium salutem. Quot è contra concionatores, qui semetipsos querunt, sublimia prædicant, non utilia; cibum solidiorem apponunt, ubi lac præbendum foret? Caveant et sibi directores animarum, qui antequam à vitis purgaverint, vanis et curiosis spiritualibus animis occupant.

SED NEC NUNC QUIDEM POTESTIS... Imò ne nunc quidem potestis, tanto post fidem acceptam tempore, quia scilicet carnales adhuc et infantes estis. Confundit, ut proficiat; pungit, ut oleus aperiat et sanet.

VERS. 5. — *Cum enim sit inter vos zelus...*, id est, emulatio, invidia, quasi inter parvulos, et contentio, id est, et ex invidiã pueriliter contentatis de vestrorum præceptorum dignitate. Græc. addit, *et dissidia*, id est, et ideò inter vos scindamini; Syrus addit idem quod in Græco. Gradationem observa: invidia contentionem parit, contentio divisionem, seu, ut ait Theodoretus, zelus est pater contentionis; hæc autem videtur, seu sublimiorem ejusdem fidei doctrinam non sum locutus: non quia nesciebam, sed quia non vobis expediebat: illius enim eratis incapaces; *animalis homo non percipit...*, ut dixi supra, cap. 2, v. 14.

NONNE CARNALES ESTIS? ad Gal. 5, 20, inter opera carnis enumerat contentiones, etc.; et secundum ROMANUM AMBULATIS, id est, secundum affectum humanum et carnalem.

VERS. 6. — *Cum enim quis dicat: Ego quidem...*, id est, cum enim unus vestrum dicat: Ego sum Pauli, et alter dicat: Ego sum Apollonis..., nonne hinc sequitur quod secundum carnem adhuc vivitis, et non secundum spiritum; et ideò carnales estis, non spirituales. In formã ille carnalis est qui invidia, contentioni et scissuræ subiacet; tales estis, cum unus vestrum contentiosè dicat: *Ego*, etc.; ergo carnales estis.

Quot Christianos ferit hæc ratiocinatio? quot enim invident, contendunt, scinduntur, et toto tempore vite sunt carnales? Hinc discamus charitati, paci et

uti deo, de Dei Spiritu et spiritualibus, de crucis sapientiã, potentia, amore. Ita Ambros., Theop., S. Thomas, Anselmus.

Nondum enim poteratis. Dat igitur rationem Apostolus, cur solidum cibum Corinthiis non præberet, quia ferre non poterant.

VERS. 5. — *Cum enim sit inter vos zelus, et contentio: nonne carnales estis*, idem est carnalis, animalis, secundum hominem ambulans; scilicet spiritus Dei destitutus, qui sequitur motus concupiscentiæ, sive naturæ corruptæ. Q. d. Paulus: Vos, ô Corinthii, estis carnales, id est, contentiosi, et qui pueri inaniter de dignitate magistrorum contentidistis, dum hic sum Paulum, alter suum Apollonem præter et vendit.

Et secundum hominem ambulatis? Ambulare secundum hominem, est affectus humanos et carnales in vita et actionibus suis ostendere.

VERS. 4. — *Cum enim quis dicat: etc.*, id est, affectibus humanis et carnalibus obnoxii.

unitati studere, qui fructus sunt spiritus, et veræ spiritualitatis characteres.

VERS. 5. — *Quid igitur est Apollus?* Ecce tandem securim ad schismatis radicem opponit. Quid sunt igitur sive Paulus, sive Apollus, sive omnes illi magistri, ob quos inaniter contentidistis?

MINISTRI EJUS CUI CREDIDISTIS; Gr., per quas creditidistis; Syr. idem; id est, ministri sunt, quorum operã externã usus est Deus ad vobis prædicandum verbum, per quod fides vobis est data.

ET UNICUIQUE Sicut Dominus dedit, id est, et sicut unicuique dedit Dominus. Seu unusquisque illorum ministrat et secundum talentum à Domino acceptum, et secundum ministerii officia illis à Domino distributa. Concludendum relinquunt: Ergo vobis in Domino gloriandum, cujus sunt ministri; in illo, inquam, à quo et fides vestra, et à quo omnis ministrorum excellentia. Hinc discite quo loco doctor sit habendus: minister est, non domus; canalis est, non fons; à Deo habet quidquid est et quidquid habet; et ministerium, et talentum, et sapientiam. Deus itaque in illo considerandus, audiendus, reverendus. Vide dicta in cap. 1, v. 15. Idem de libro sapientie dicendum; ita legendus est, ut per eum, quasi per canalem, ad sapientie fontem ascendamus. *Fons sapientie verbum in excelis*; hinc omnis sapientia creata fuit. Ad hunc itaque fontem recurre, attende, quotiescumque verberis aliquem sapientie rivulum. Bibe de rivulo, gratias age fonti; lauda Deum omnis sapientie fontem; ama, cole, revere Verbum æternum, ipsam Sapientiam; ipsi omni honor et gloria.

VERS. 6. — *Ego plantavi, Apollus rigavit*. Similitudine rem illustrat. Ecclesia vestra agricolatio est. Deus agricola, apostoli vestri sunt agricola servi, quorum unusquisque diversum officium accepit à Domino, et talentum ad illud aptum. *Ego* Paulus, Dei minister, apostolus juxta Dei voluntatem, Dei jussu, Ecclesiam vestram plantavi per fidem, quam vobis prædicaui primus; seu vos, ô Corinthii, in Ecclesia agro plantavi, prima christianæ religionis elementa docens. *Apollus*, alter Dei minister, superveniens, vos quasi plantam novellam fovit, excoluit, rigavit, uberiori et ampliori doctrinã Christum et christianam religionem vos docuit.

SED DEUS INCREMENTUM DEDIT; at Deus solus, agricola primarius, vobis à me plantatis, et ab Apollō rigatis, vitam gratiæ, et incrementum fidei et virtu-

VERS. 5. — *Ministri ejus, cui creditidistis?* Paulus, inquit, et Apollō magistri vestri, propter quos contentidistis, quid aliud sunt quam ministri Dei, quorum externã dantur operã et ministerio prædicatum est vobis Evangelium Christi, in quem creditidistis.

Et unicuique sicut Dominus dedit, diversa habentes ministeria, prout communis eorum Dominus unicuique dedit.

VERS. 6. — *Ego plantavi*. Plantare est doctrinam de Christo tradere iis qui Christum ante non noverant. *Apollō rigavit*. Id autem est doctrinã christianã jam plantatã et fundatã, superaddere præcepta quibus illa conservetur et augeatur.

tum dedit. Ipse solus per suam gratiam internam fecit ut vos, plantati, rigati, viveretis, germinaretis, creseceritis et fructificaretis.

VERS. 7. — *Itaque neque qui plantat...* itaque nec plantator, nec rigator debent à vobis, ut aliquid, considerari, sed Deus solus, à quo vestra gratiæ vita et incrementum fidei. Illi quidem extrinsecus summi dederunt vobis ministerium, secundum quod illis à Domino datum et præceptum est; at actione suã non attigerunt interiorem effectum conversionis et sanctificationis vestræ; sed illam solus Deus, ut auctor gratiæ effectus; sicut Deus solus, ut auctor naturæ, vegetationem dat plantis naturalibus, non autem illarum plantator et rigator.

Itaque plantator et rigator, si ad Deum comparentur, non sunt aliquid, nihil sunt, 1^a quia à se non sunt, seu nihil sunt; 2^a quia quod sunt et quod habent, seu quod plantant et rigant, hoc habent à Deo; 3^a quia per suam operam externam non attingunt internum gratiæ effectum, non sunt auctores, ut conversionis ad fidem, aut majoris sanctificationis per incrementa fidei, spei et charitatis.

Concludendum relinquunt: Ut quid ergo gloriamini in hominibus, qui nihil sunt, nihil habent, nihil possunt? Deo soli gratias agite, qui vobis per suos ministros vitam gratiæ dedit; in Deo solo gloriamini, à quo et vita vestra, et omni ministrorum storum opera et excellentia.

Hoc sciat et ad hoc attendat omnis anima fidelis. Arbor seu planta sum in Ecclesiã agro per Baptismi ministerium plantata; rigata per verbis divini et Sacramentorum ministros; at à Deo solo pendit spiritualis et divina anima mee vite; ipse solus dat gratiam, et incrementum gratiæ. Hinc sub Dei manu omnipotentem frequenter et assidue humilietur; in manibus tuis sors et æterna vita mea: sic humiliata, annihilata oriet, instet, gemat, speret. Et de hoc persuasus sit omnis operarius in agro Dei laborans: nihil sum, nihil possum, à Deo solo salus; Domini est movere, tangere, convertere, incrementum dare. De hoc persuasus labore, omnia expectans à Deo, et laboris sui fructum et mercedem.

VERS. 8. — *Qui autem plantat et rigat, unum sunt*; id est, æquè sunt ministri unius et ejusdem Domini, à quo quisque illorum propriam mercedem recipiet secundum laborem suum. Quasi diceret: Aut nihil sunt, aut idem sunt; nihil in se et à se; utique

Sed Deus incrementum dedit, id est, interiori dedit vitam et vigorem gratiæ ad crescendum, et adulescendum in fide, virtute et christianismo. Hoc enim solus est Dei. Vide Augustin. tract. 5 in Joannem.

VERS. 7. — *Itaque neque qui plantat est aliquid, etc.* quia, licet foris exhibeant suum ministerium, non tamen actione suã interiorem attingunt effectum vel vegetationis in naturalibus, vel sanctificationis in divinis. Sed illam quidem efficit natura Deo auctore. Istam verò sibi soli Deus reservat.

VERS. 8. — *Qui autem plantat, et qui rigat, unum sunt*. Unum sunt, id est, ambo non aliud quàm ministri, et quidem unius Domini ministri. Ergo omnes eadem charitate et unione complecti debetis, non autem propter eos facere schismata.

ergo in illis gloriamini, quasi magni sint aliquid? Idem sunt, Dei ministri et cooperari secundum talentum unicuique datum. Ut quid ergo eos discernitis et unum alteri preferitis, et ob eos, qui sunt unum et idem, scindimini? Quod si labore et merito sunt disparēs, hoc nihil ad vos, sed ad Dominum spectat, qui reddet unicuique secundum proprium laborem et meritum.

Nota. Pro magnitudine laboris erit merces; hoc solari debet operarius, qui non secundum fructum, qui non pendet ab illis; sed secundum laborem suum, remunerabitur.

VERS. 9. — DEI ENIM SUMUS AMOTORES. Dat rationem cur dixerit: *Qui plantat et qui rigat, unum sunt, scilicet Dei cooperarii*; Domino in primario agricolae subservientes, ut vos plantas ejus excolamus Domino, ut summo architecto subservientes, ut vos aedificium ejus spirituale extruamus.

Nota quod apostoli Deo cooperantur, hic, et Dominus apostolis cooperatur, Marci 16, 20; sed ubique Deus Dominus est, ubique apostoli, ministri. Magna tamen et divina est haec dignitas, Dei cooperatorem esse in reductione rationalis animae ad sumum principium, id est, in conversione animarum, ut ex D. Dionysio citant Estius et Cornelius.

Licet itaque apostoli et apostolici viri, ad Deum comparati, nihil sint, ut supra dictum est, v. 7 et 8, ad nos tamen comparati, in Deo et ob Deum maxime reverendi sunt, quia Dei cooperarii, Deique adiutores. Intelligit adiutores, non ex indigentia aut infirmitate, sed ex misericordia et bonitate; nullius operā indiget Deus.

DEI AEDIFICATIO ESTIS. Hic altera incipit metaphora, quā rem eandem illustrat: scilicet, quod apostoli sunt ministri Dei. Vos, o Corinthii, spirituale et divinum estis aedificium, cujus ipse Deus architectus est; nos apostoli, sumus Dei cooperarii et adiutores; quorum alii, jubente Deo, ponunt fundamentum; alii super jactum fundamentum aedificant.

VERS. 10. — SECUNDUM GRATIAM DEI. Ego Paulus, per voluntatem Dei apostolus, Deique cooperarius, vestri spiritualis aedificii fundamentum possis, secundum

Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Locus hic clarē docet merita honorum operum; ubi enim merces est, ibi et meritum est. Opera nostra non ex labore aut molestiae magnitudine aestimationem habent apud Deum: ut neque ex diuturnitate temporis aut ex numero actionum; sed ex pondere charitatis, ad quā procedunt. Cum autem merces cogitari nequeat absque merito, manifeste sequitur ex hac sententia et aliis similibus, id quod haereticis negat, bona iustorum opera (quae nos profitteremur esse Dei dona) mereri vitam aeternam.

VERS. 9. — *Dei enim sumus adiutores*, id est, cooperatores. *Jugens haec, angelica, ino divina est dignitas* (ait S. Dionys., de coelest. Hierarch., cap. 51) *Dei cooperatorem fieri in conversione animarum, divinitus in se operationem patiam cunctis ostendere.*

Dei (non autem Pauli, vel Apollo, ut in iis gloriarī possit) *agricultura estis*. Agricola primarius est Deus, famuli sunt Paulus et Apollo, ager sunt Corinthii, semen est gratia, fructus sunt bona opera. Deus colit interius per Spiritum; Paulus juvat exterius per vocem. Ita Anselmus.

Dei aedificatio estis; sed et aedificium Dei estis, ad

diam gratiam, quae data est mihi, a Deo scilicet. Hoc addit expressē, ut Corinthiorum nullus ob id in Paulo glorietur, quasi Paulus ex se et sua virtute hoc illis beneficium praestiterit; sed ut omnes ipsi Deo, honorum omnium largitori et fonti, gratias agant, quod per Paulum, sum servum et cooperarium, eos in fide fundaverit.

ALIUS AUTEM SUPEREDIFICAT. Apollo, et omnes alii, qui post me supervenerunt, ut vos erudiant in fide, super fundamenta per me posita aedificant.

Nota quod sicut ex D. Paulo hic plantare et fundare sunt unum et idem, scilicet, prima fidei elementa docere, ita et in ejus mente rigare et superaedificare sunt idem, nimirum doctrinam fidei traditam perfectius docere et fusiis explicare. In sensu itaque literali, per superaedificantes hic et in sequentibus verbis, Paulus intelligit doctores omnes, qui post ipsum Corinthios in fide doctari supervenerunt.

UNUSQUISQUE AUTEM VIDEAT... Relictio igitur ad tempus aedificio, desinit ad aedificantes, et doctores alloquitur praesertim eloquentes, quibus ad vanitatem periculum est, eosque monet ut ab ea sibi caveant. Corinthii enim fuisse doctores vanos et inflatos patet ex cap. 4, v. 18 et 19; illos ergo alloquens ait: *Videat quisquis ad vos predicaturus supervenit, qualem doctrinam principis fidei ad me positus superaddat; seu videat quid, quomodo, quo fine, quā charitate ac animi puritate vos doceat.*

Hic quidem sensus est literalis, ut ex contextu patet; sed non propterea contemendam potest D. Joan. Chrysostomi interpretationem, quae per superaedificantes intelligit omnes et singulos fideles; imo tanti doctoris reverentiam sententiam, quia si non est ipsis mens D. Pauli, saltem ipsi est conformissima, et haec in illa includitur. Ut haec ergo tanti viri sententiam, quae valde instructoria et aedificatoria est, intelligas, omnis et quilibet anima fidelis, sicut et Ecclesia, sive particularis, sive universalis, aedificatio est spirituale et divinum, cujus architectus ipse Deus: ejus autem cooperarii apostoli, seu episcopi, seu sacerdotes; fundamentum est fides in Christum

quod aedificandum Deus nos operarios constituit. *VERS. 10. — Secundum gratiam Dei, quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum possis*. Quasi dicat, non mea est haec fabrica, non meum est hoc opus Ecclesiae Corinthiaca: licet enim ego, quasi architectus, prima illius fundamenta evangelizando jecerim, tamen quidquid ego in ea feci et perfecti, non meis, sed gratia Dei viribus effecti: tota haec Ecclesia vestra fabrica, non mihi, sed gratia Dei tribuenda est. *Alius autem superaedificat*. Sicut enim idem Apostolo est is qui plantat, et qui fundamentum ponit, ita quoque idem est qui rigat et qui superaedificat. De solis magistris seu predicatoribus accipiendum est: quorum scilicet est docere fideles ea quae sunt christianae veritatis ac pietatis.

Unusquisque autem videat quomodo superaedificet, quoniam multi erant doctores Corinthiorum; generatim eos monet, ut quisque diligenter attendat, quomodo superaedificet: id est, qualem doctrinam fidei in fundamento posita superaddat, ne forte ex seculari philosophia, quā videbantur instructi, vel ex opinione privata, admisceant aliquam dissentanea veritati et simplicitati christiane.

per baptismum data; operarius autem superaedificans est omnis et quicumque fidelis. Hoc nostrum aedificium spirituale debet usque ad finem vite crescere; id est, supra fidei fundamentum in animā per Baptismi ministros positum, debet unusquisque fidelis continē superaedificare, seu bona opera omnium virtutum superaddere. Putat ergo D. Chrysostomus et alii interpretes Graeci, illius sequaces, quod D. Paulus transiens ad doctrinā ad mores, Corinthios fideles et nos in eorum personā alloquatur dicens: *Videat unusquisque fidelis, quid supra fidem sibi datam aedificet*. Superaedificatio debet esse fundamento congrua; videte ergo quid Christo Domino, per fidem in animabus vestris posito, quasi fundamento, inaedificetis; qualia opera fidei in Christum superaddatis.

Hoc tu, Christiane, tanquam tibi ipsi dictum assume unumque redde. Cogita quod per baptismum factus es templum Dei. Tunc inceptum est in te et quasi fundatum hoc Dei templum. Cogita et quod in eo superaedificando, sis Dei cooperarius et adiutor; toto vite tuae tempore huic fundamento per baptismum jacto, debes inaedificare templum Dei. Vide ergo quid aedifices; cave ne quid Christo Domino indignum et incongruum inaedifices.

Templum Dei sanctum sumus; templum in Christo Domino fundatum, templum in quo habitat Spiritus sanctus; ad haec tria attende, et vide ne quid eis indignum facias.

VERS. 11. — FUNDAMENTUM ENIM ALIUD... Dat rationem ob quam superaedificantes moneat et discrimen affert inter se fundatorem et alios doctores superaedificantes. Nam quod spectat ad fundamentum, nemo potest aliud ponere quam quod ego posui, scilicet Jesum Christum, cujus fidem et doctrinam ego vos docui primus. Christus primum est Ecclesiae fundamentum, seu fundamentum fundamentorum, et habens a se suam soliditatem, sicut rupes aliqua, ut ait D. Thomas. Hoc tamen non impedit quominus apostoli sint ejusdem Ecclesiae fundamenta secundaria, in Christo ipso proximē fundata, et ab ipso sum soliditatem habentia; ait idem Angelicus doctor. Idem intellige de animā fidelī, templo Dei; illius fundamentum non potest aliud poni, quam fides in Christum Jesum. NEC ENIM ALIUD EST NOMEN SUB COELO

VERS. 11. — *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est*; nam, inquit, quod ad fundamentum attingit, illud, salvo hoc aedificio et templo Dei, mutari non potest. Varia quidem est superaedificatio, sed nemo potest diversum collocare fundamentum ab eo quod a me positum est.

Quod est Christus Jesus. Quod fundamentum est Christus Jesus, scilicet a nobis apostolis annuntiatas, et a vobis fide receptas. Fundamentum ergo Ecclesiae et cujusque in ea animae fidelis, est Jesus Christus; id est, fides in Christum Jesum salvatorem nostrum et per praesertim, fides viva per charitatem, super quam ego vos aedificavi. Ita Anselmus et Gregor., lib. 7, epist. 47. Hoc sensu solus Christus est Ecclesiae fundamentum; puta fundamentum fundamentorum, ait S. Augustin. in Psal. 86. Quod scilicet seipso consistit, omnia sustinet, etiam Petrum: alio sensu Petrus est fundamentum Ecclesiae; idque secundarium;

DATUM IN QUO NOS OPORTET SALVOS FIERI; domus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, amando perficitur, D. Augustinus.

Huic ergo primario et proprio unico totius religionis fundamento, unire, et innitere, o anima christiana! unire, inquam, fide, charitate, ipsique unita et totaliter innixa, omnes religionis actus exercere: adora, gratias age, veniam pete, ora pro te et aliis; in Christo, cum Christo et per Christum agere, patere, offerre, ora, ut jam dictum est Epist. ad Rom., cap. 16, in corollario; omnia cum Christo, nihil sine Christo.

VERS. 12. — *Si quis autem superaedificat...* Unica quidem est fundandi ratio, ut jam dixi; at diversimoda potest esse superaedificatio. Potest enim super fidei fundamenta jam posita, superaedificari vel aurum, vel argentum, vel lapides pretiosi; v. g., marmor et porphyretici, vel potest superaddi lignum, fenum et stipula. Quandoquidem doctores superaedificantes alloquitur, ut v. 10 notatum est; consequens est ut de doctrinā intelligatur, quod metaphorice vocat aurum, etc., vel lignum, fenum, etc.

Per tria, quae praecara sunt in mundo, bonam doctrinam significat, ait Ambrosius; per tria trivola, vana et corrupta digoscitur doctrina, ait idem; per corruptam intelligit minus puram. Agit enim Apostolus de superaedificantibus, non de corruptantibus, seu destruentibus, de quibus v. 17. Itaque per aurum, argentum, lapides pretiosos, quae, ut ait D. Thom., in clytiam habent claritatem, inconsumptibilitatem et pretiositatem, intelligit doctrinam solidam, puram, lucentem pariter et ornantem, seu aedificantem; quae ex sacris Scripturis sit hausta, vel ex ipsis fidei principiis, vel mysteris educta. *Per lignum, fenum, stipulam*, quae vilia sunt, obscura et facile consumptibilia, intelligit doctrinam, equidem in se bonam (aliā destrueret fidem, non super fidem aedificaret), sed minus solidam, minusque utilem, nimis curiosam, phaleratam, pomposam, quae philosophiae ac secularis sapientiae ornamentis sit permixta, et ideō ad applausus sit aptior quam ad aedificationem.

VIDEAT ERGO UNUSQUISQUE DOCTOR QUID SUPER FIDEI fundamenta per me posita aedificet, ac doctrina ejus sit solida, pura, lucens, ornans et aedificans Ecclesiam; an verò vana, minus solida, nimis humana et ornata.

quia scilicet ipso firmus est in fide, ut publice errorem docere non possit, sed alios semper in ea confirmet et illuminet. Ita S. Thomas, et passim doctores catholici. Simili sensu, non solus Petrus, sed omnes apostoli vocantur *fundamenta Ecclesiae*, Ps. 86, ubi dicitur: *Fundamenta eius* (Sionis, id est, Ecclesiae) in montibus sanctis; et Joannes, Apocal. 21, duodecim apostolos collocat et nominat fundamenta Jerusalem sive Ecclesiae caelestis.

VERS. 12. — *Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc*, etc. Est metaphora a domo per ignem conflagram; quae si ex auro et lapidibus pretiosis constructa sit, igne non laeditur; sin ex ligno et stipula, adurit. Ubi obiter advertit per fidei praesentis hic intelligi marmoreos, porphyreticos, et similes, non autem adamantes et gemmas. Sensus ergo Apostoli est, q. d.: Si oritur incendium, domus ex marmoribus et auro structa, illo non laeditur, sed

Et hoc quidem puto litteraliter intelligi: bene tamen et in sensu Apostoli, si non primario, saltem secundo, hoc de fidelibus omnibus intelligere potes, fidei fundamentum proprias suas actiones superextruuntibus; vel bonas, per aurum, argentum et lapides pretiosos significatas; vel minus bonas, et peccatis venialibus infectas, per lignum, fœnum et stipulam figuratas.

Videat ergo unusquisque fidelis, quid fidei in baptismo acceptæ inadificet: an charitatis aurum, sapientiæ et contemplationis argentum, et omnium virtutum lapides pretiosos; an verò opera bona quidem, sed vanitate vel aliis peccatis venialibus infecta?

Nota quod cum de superedificantibus hic agit Apostolus, et non de destructoribus, de quibus v. 17, consequenter hæc ejus doctrina non potest intelligi de doctoribus hæreticis, eorumque doctrinis impuris; etenim fidem evertunt, non super fidem aedificant; nec etiam de peccatis mortalibus, quia qui talia agunt, non salvantur; hi autem de quibus agit Apostolus, salvabuntur, v. 15.

Videat ergo quid, quomodo et quo animo quisque fidelis superedificet.

Vers. 15. — *Unusquisque opus...* quia unusquisque opus aliquando tandem erit omnibus manifestum; materiam differentiam patefaciet dies iudicii, Theodoretus. *DIES ENIM DOMINI...*; Gr., *nam dies*; Syr., *dies enim ille*. Dies iudicii dicitur antonomastice, *dies, vel dies ille*, vel *dies Domini*. Jam nostra dies est, dies, hominis, tempus nostrum, quando nostram implemus voluntatem, etiam contra Deum, ait D. Thomas, post D. Anselmum. Dies autem iudicii erit dies Domini, quia voluntas Domini complebitur de hominibus, qui per iustitiam, vel præmiabuntur, vel damnabuntur. Dies ergo iudicii declarabit quale fuerit opus cuiusqueque;

QUIA IN *ISTE REVELABITUR*. Alludit ad id quod scriptum est, Psal. 96: *Ignis ante ipsum procedet*. Ignis nempe confragatorius mundi, quasi divine iustitiæ licitor, iudicium mundi præcedet et per illum *revelabitur*, id est, declarabitur, seu apparebit quod dies illa sit dies iudicii.

magis clarescet: vicina verò domus è ligno et stipulis confragabit, et qui eam inhabitat, elevabitur quidem, sed ambustus: ita si quis Christianorum, præsertim doctorum, et prædicatorum Evangelii, fidei Christi superedificet aurum et argentum, id est, opera sancta, ac præsertim doctrinam sanam, profectum et sanctum, pertinentem ad ornamentum Ecclesie: hic mercedem accipiet. S. Thom.: *Aurum, ait, est charitas; argentum, sapientia et contemplatio; lapides pretiosi, sunt virtutes diæ*. E contrario lignum, fœnum, stipule sunt peccata non gravia, illa et mortalia, ut vult Chrysost., Theophyl., sed levia et venialia, quibus scilicet mens adherescit ad vana, v. g., ad carnis commoda, nugas, vanam gloriam. Proprie verò ad mentem et scopum Apostoli, lignum, fœnum, stipula, est doctrina incerta, frivola, pomposa, plañterata, curiosa, inutilis. Ita S. Ambrosius, S. Thom., Theodor., Anselm.; qui enim hæc superstruit fundamentum fidei Christi, hic salvus erit, sic tamen quasi per ignem.

Vers. 15. — *Unusquisque opus manifestum erit.*

Quia ergo in igne et cum igne fiet dies illa, hinc, ait D. Paulus: *Unusquisque opus*, non tantum erit manifestum, sed et probatum; ignis quippe sua luce manifestabit, et suo calore probabit unusquisque opus. Sicut ignis noster nunc aurum purum probat, impurum purgat, stipulas et ligna comburit, ita ignis confragatorius omnes justos, qui tunc erunt super terram, probabit quidem, sed quos puros, ut aurum, invenierit, illesos et doloris immunos servabit; quos autem bonos quidem, sed culpis venialibus impuros repererit, purgabit plus aut minus pro cuiusque meritis torquendo; malos autem et impios secum tandem in infernum convolvens inflammabit et torquet in æternum. Erit ergo ignis ille probatorius, purgatorius, et vindicatorius, sed diversorum respectu. Sufficit itaque ad explicandos effectus hic ab Apostolo designatos, scilicet probare, purgare, perdere, seu punire; nihil ergo melius intelligi potest per ignem hic ab Apostolo allegatum, quam ignis confragatorius mundi; quæ de re vide fusius Estium et Cornelium à Lapide, ex quibus pauca infra).

Ad hunc omnem locum breviter et clarè explicandum, nota 1^o quod per diem Domini designat dies iudicii universalis, in quo, ut camit Ecclesia, Christus venturus est iudicare seculum per ignem. De hoc die loquitur Apostolus hic et alibi, tanquam instet, et suo tempore sit futurus; ut ad eum, velut incertum et vicinum, assidue se præparent omnes fideles. Sed sub hæc die iudicii universalis comprehenditur et dies iudicii particularis, seu dies mortis, in quo unusquisque iudicatur; idem enim utriusque dei iudicium erit, et eadem utriusque iudicii sententia. Nota 2^o quod per ignem, de quo hic Apostolus, intelligitur ignis confragationis, qui prævius, comes et licitor Christi iudicis erit; quique probat et purgabit eos qui tunc vivunt; impuris mortem et poenam, nisi aut minus acerbam, pro cuiusque meritis afferens. Sed sub hoc igne intellige purgatorium ignem, quo statim post mortem purgantur animæ iustæ, et ita intellexerunt Patres Latini in concilio Florentino; utique ignis purgatorius est: ille confragationis, scilicet, purgatorius erit universorum tunc viventium; hic mirram

Tactis monet Apollo, et alios Evangelii præcones, maxime eloquentes, quibus periculum est à vanitate, ut eam careant, et pure veritatis sint magistri, si secus faciunt, igne hoc expiari debeant; nam aliquos tales fuisse Corinthios, eosque contentiosos et schismaticos fuisse causam vel occasionem, satis insinuat Apostolus.

Dies enim Domini declarabit, id est, dies iudicii, maxime universalis; quia hæc in igne *revelabitur*. Illa enim Domini, jam nostra est dies, ait Anselm., Theodor., Ambrosius.

Quia in igne revelabitur. Totus hic Apostoli locus de die iudicii, tam particularis, quam universalis, deique igne tam purgatorio, quam confragationis mundi intelligendus est.

Et unusquisque opus quale sit, ignis probabit. Sensus est: *Lo ipso igne, quo revelabitur vel dies Domini, vel ipse Domini, vel opus cuiusque, tanquam instrumentum iustitiæ divini, quidquid doctrine superedificatum fuerit fundamento à ministris verbis Dei, severè examinabitur: sive illud sit ut aurum,*

ignis purgatorii, est singulorum nunc decedentium purgatorius. Hic ergo se habet ad illum tanquam pars ad totum, et unus in altero debet intelligi.

Hæc de re vide plura apud Cornel. à Lapide, qui existimat non improbabili quod unus et idem ignis futurus sit; ita ut desinente purgatorio in fine mundi, ignis illius loci fiat confragationis ignis.

Vers. 14. — *Si cuius opus manserit...* operarius ille, cuius opus, utpote solidum, vim ignis toleraverit et in illo permanserit illesum, bonus reputabitur operarius, et à Domino supremo architecto remunerabitur, seu justam laboris sui mercedem recipiet; per se verat in metaphorâ ædificii à v. 9 ceptâ: domus ex auro, argento, marmore non læditur ab igne; ita doctrina pura et sana (vel opera sancta) nihil patietur in Dei iudicio, sive universali, sive particulari, ut dictum est v. 15. Sed sive doctor, sive christianus, quicumque sit, laudabitur et præmiabitur æternitatis coronâ.

Vers. 15. — *Si cuius opus arserit...* ille verò, cuius opus exustum fuerit ab igne, sicut fœnum et stipula comburi solet, is et laboris sui perdet operam, et operis sui dispendium patietur; idem doctori vano (idem et omni christiano vano) continget, quod architecto, cuius ædificium, quia ex materia combustibili constructum, ab igne consumeretur.

Domus ex ligno, fœno et stipulâ facili comburitur et in pulverem reducit; ita et doctrina vana, pomposa, nimis ornata, minusque utilis et solida; ita et opera vana, ex amore rerum temporalium facta.

IPSE AUTEM SALVUS ERIT...; talis, sive doctoris, sive christianus vanitas in igne, vel confragationis, vel purgatorii, cremabitur; id est, doctor ille vel christianus multabitur quidem et vanitatis suæ luet poenas; ipse tamen *salvus erit*; sed sicut homo, qui incensa domo, elabitur et transit per ignem, combustus. Cùm ex D. Paulo salvandus sit hic operarius, consequens est ut hic locus non intelligatur de operario absolutè malo, id est, nec de doctore hæretico, nec de christiano mortaliter peccante; hi enim non salvabuntur, sed in æternum torquebuntur.

Hic ergo versibus agit de sanctis et salvandis, sive doctoribus, sive simpliciter christianis; versu 14 quidem, de sanctis omnino puris, ut aurum; versu autem 15, de sanctis, qui aliquibus culpis venialibus repleti, arguitur.

Vers. 14. — *Si cuius opus manserit*, etc. Sensus est: *Si cuius opus quod superedificavit, permanserit illesum ab igne, utpote purum, sanctum et irreprehensibile, quomodo purum aurum ab igne non læditur; pro eo opere ipse aedificator mercedem recipiet à iudice Christo*. Itaque tali structori ignis ille, quantum ad eiusmodi opus attinet, nullum inferet cruciatum aut dolorem; quia nihil in eo inveniet purgandum.

Vers. 15. — *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur*. Si cuius opus quod superedificavit, ab igne corruptum et combustum fuerit, quomodo ligna, fœnum, stipula comburi solent ab igne, hoc est, si malum ac reprehensibile inventum fuerit, ideoque poenâ dignum; ipse aedificator detrimentum huiusmodi operis patietur, nihil pro eo mercedis accepturus, sed na-

rienter impuri, et hi punientur, sed puniti salvabuntur.

Versu 17 de doctore hæretico et pernicioso, seu fidei eversore loquitur. Idem intellige de omni, qui in peccato mortali reperiatur fuerit, seu qui peccato templum Dei violaverit, sanctumque Spiritum ex corde suo exulaverit.

Observatio moralis.

Ad hæc omnia supra dicta attende, et sæpè reflecte, ó anima christiana! Templum Dei facta es per baptismum; per fidem tunc tibi datum, inchoatum est in te hoc Dei templum; toto autem vite huius tempore crescere et continue perfici debet.

Dei in hoc aedificando cooperarius es, christiane: Vide ergo et attende seriò quid et quomodo superedifices; qualia opera fidei fundamentum superaddas; an pura, sancta et solida, an frivola et vana. Hoc Deus, qui totus lux et ignis est, in suo severo examine et iudicio probabit. Ante hunc Iudicem, corda et animos scrutantur, illa sola opera subsistent, et erunt solida, quæ in charitate, et ex charitate facta fuerint. Quidquid vel vanitate, vel quævis cordis impuritate, seu affectu inordinato vitiatum et infectum erit, hoc omne coram Deo lignum erit putridum, fœnum aridum, palea combustibilis, et in favillam reducenda.

Hoc igitur omne comburetur; huius igitur operam et mercedem perdes, imò hoc omne multaberis. Et quia nihil impurum intrabit in regnum celorum, hinc, ob minimam cordis impuritatem, poenas lues in igne purgatorio, et non nisi per ignem purgationis, salutem consequeris à Domino. Quod si autem de bonis etiam acibus tunc eris reus, quid ergo malis? Ad hoc attende seriò; hoc severum Dei iudicium fidei nunc lumine præveni; examina tu ipse, et proba opera tua: an aurum, an lignum, an argentum, an fœnum, etc. Heu! quæ convenientia fidei tuæ cum operibus tuis? quæ convenientia Christi tecum, ó christiane! Itaque doce de præterito, et per penitentiam dolorem redime tempus, repara præteritum. Per charitatis ardorem sanctificata presens, vivifica omnia opera tua, Christoque digna, redde et congrua. Per assiduum orationis studium, præpara futurum, vide, vigila, ora, sique tuum Iudicem propitium habebis.

Vers. 16. — *Nescitis quia templum Dei estis...* Redit ad fideles Corinthios, à quibus deflexerat ad

gis propter illud ab igne cruciantum operans, damnum passurus est, et dispendium facturus sui operis ac laboris: quomodo mercator damnum patitur storm mercium, dum eas in mare proicit, ut ipse evadat; ita detrimentum quisque patietur, id est, poenâ multabitur operans; ita tamen ut salvus fiat per ignem.

Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem; Græcè, salvabitur, salvus fiet. Vult enim Apostolus hæc similitudine ostendere; igne puniendo esse doctores, qui fidei Christi vana et curiosa superedificavit; salvus erit scilicet is qui ex incensa domo elabitur, et transit ambustus per ignem. De igne purgatorio hunc locum accipiunt omnes catholici Patres et doctores Latini, et concilium Florentinum, initio: estque consensus et traditio Ecclesie.

Vers. 16. — *Nescitis quia templum Dei estis*, etc. Quasi dica: *Estis ædificium non hominis, sed Dei, ac consequenter non profanum, sed sanctum, puta*

eorum doctores. Quos ergo prius vocavit *œdificium Dei*, nunc vocat *templum Dei*, ob inhabitantem Dei Spiritum in vobis, scilicet per gratiam, fidem, spem, charitatem, aliaque dona sua. Et Ecclesia, et qualibet anima sancta, est *templum Dei*, in qua Spiritus sanctus inhabitat augustius quam in arcâ, quæ Ecclesiæ et animæ sanctæ erat tantum figura.

VERS. 17. — *Si quis autem templum Dei violaverit...* Malos hic doctores, falsosque apostolos alloquitur, qui suis perversis doctrinis fidem, domus Dei fundamentam, evertent. Illi non salvabuntur quasi per ignem, sed in igne peribunt, et per ignem cruciabantur in æternum; templi sui destructorem Deus perdet, seu damnabit in æternum.

TEMPLUM ENIM DEI SANCTUM EST... Hujus æternæ punitionis assignat rationem: nec enim impudenter violantur sacra Deo, ut patere potest in Athalia et Balthasare, quos perdidit Deus; hunc, quia sacra templi vasa, Danielis 5, v. 3, illam, quia Dei templum profanavit, 2 Paral. 24, 6, 7. Si autem materialis templi profanatores perdidit Deus, quanto magis disperdet eos, qui spirituale Dei templum, quod estis vos, suis erroribus evertent conantur! Hoc idem cum Patribus Græcis intellige de iis Christianis qui sordidis moribus profanant aut violant in semetipsis templum Dei.

VERS. 18. — *Nemo se seducat: si quis videtur...* Assignatis diversis eventibus, qui unicuique operario, in die iudicii, contingent, in quâ boni et optimi præmiabuntur; boni, sed aliquo affectu inordinato templum Dei, in quo Deus habitat per fidem, gratiam, charitatem et dona sua. Ita Anselmus et alii passim.

VERS. 17. — *Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Sensus est: Si quis per falsam doctrinam subvertit fundamentum spiritualis ædificii, atque ita destruit ipsum ædificium, seu templum Dei; is non existimet se salvum fore per ignem, sed plane perituro. Disperdet enim illum Deus: quia nimirum æterno ignis supplicio destructorem illum sui templi puniet.

Templum enim Dei sanctum est quod estis vos. Ac si dicat: Sacriligium committit ille templi Dei violator, utpole rem sanctam, id est, Deo consecratam corrumpens: idemque dignus quem Deus ultor injuriæ templi sui disperdat.

VERS. 18. — *Nemo se seducat.* Græcè: *Nemo quis seipsum decipiat.* Loquitur autem Apostolus de iis qui cum essent imbuti sapientiæ seculari, magistros fidelium esse vendebant: quorum quidam, ut dictum est, boni erant, sed imperfecte, quia super fundamentum apostolicum ædificabant ligna, fenum stipulam; alii vero simpliciter mali, quos ut templi Dei corruptores proximè notaverat. Igitur de utrisque dicit: Nemo seipsum fallat, confidens ac sibi placens in sua sapientiâ, quasi non sit passurus ea quæ dixi, si vel inutilia doceat vel perniciosos.

Si quis videtur inter nos sapiens esse in hoc seculo (sapientiâ scilicet et eloquentiâ seculari, rhetoricâ, philosophicâ, mundanâ, terrenâ, idemque quasi sapiens superbiat, et ex fastu alios despicat), *stultus fiat ut sit sapiens.* *Stultus fiat*, id est, doctrinæ christianæ, quæ stultitia est incredulitas, penitus se subiciat, et intellectum suum in obsequium fidei captivet: ita futurum ut verè et secundum Deum sapiens fiat.

VERS. 19. — *Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum, quia Deus reprobat sapientiam se-*

vidiati, per ignem prius purgati, salvabuntur, perversi autem damnabuntur. Rursus ad eos qui ob externam sapientiam efferebantur, sermonem habet; et sicut v. 10 dixit eis: *Unusquisque videat quomodo superædificet*, ita nunc eisdem ait: *Nemo se seducat*, humanâ sapientiâ deceptus; nemo de se, et de suo opere presumat, ob secularem sapientiam. Quinimò, si quis videtur hæc sapientiâ proditus (tremens ne ut palea comburatur), hanc reprobet sapientiam, stultitiamque fiat, id est, simplicitati et humilitati evangelicæ sudeat ut verè et coram Deo fiat sapiens, et quasi aurum purum reputetur in die illâ.

VERS. 19. — *SAPIENTIA ENIM HUIUS MUNDI...* Dationem ob quam reprobanda sit à nobis sapientiâ secularis: nempe quia à Deo reprobat et contempta, ut dictum est 4 cap., v. 19, etc. *Sapientia enim stultitia*, quia nihil confert ad salutem; imò sæpè obest salutem, quia à verâ et divinâ distrabit sapientiâ, inflat, seducit.

SCRIPTUM EST ENIM... Job 5, 45. Verba sunt Eliphaz: *Comprehendam*, capiam sapientes in caliditate eorum; *detegam omnem eorum astutiam*, et detectam evertam, stultitiamque monstrabo.

VERS. 20. — *ET ITERUM, Psalm. 95, 11: Novit Dominus cogitationes hominum, qui sibi sapientes esse videntur, vanas et stultas esse, et ad salutem inutiles; verum putant quod falsum, falsum quod verum.*

VERS. 21. — *Nemo itaque glorietur in hominibus...* cautarem, et abiecit quasi fatuum: primò, quia nihil sapit salutare et divinum, nihil atiam fecit ad negotium salutis. Secundò, Deus eâ uti noluisset in Evangelio predicando, sed potius rudibus apostolis. Tertio, quia sæpè contraria est fidei. Tum in speculativis, ubi mysterio sanctissimæ Trinitatis, incarnationis, mortis Filii Dei, repugnant omnes seculi sapientes, quia illa impossibilia et incredibilia sunt.

Scriptum est enim. Quod dixit sapientiam mundi hujus esse stultitiam apud Deum, duobus testimoniis confirmat, quorum prius sumptum est ex libro Job, cap. 5. *Comprehendam sapientes in astutia eorum.* Sunt hæc verba non Job, sed Eliphaz, qui falso disputat contra Job, volens probare Job peccasse, et per peccata calamitates suas esse promeritum: unde redarguit à Deo, Job 42, ac proinde verba hæc Eliphaz non habent auctoritatem sacre Scripturæ, sed viri sapientis. Probat enim Paulus, hæc Eliphaz sententiam, quia in se vera est, et sapienter à sapiente illo dicta. Sensus Apostoli: Deus deprehendit, detegit, elidit omnem astutiam ac versutiam sapientium hujus seculi. Sapientiam eorum stultitiæ conviciat: dum scilicet ostendit ejusmodi sapientiam non posse prestare id quod promittit, hoc est, nihil posse ad bene beatique vivendum.

VERS. 20. — *Et iterum (scriptum est Psalm. 95): Dominus novit cogitationes sapientium, etc.* Sensus est: Dominus novit cogitationes et consilia hominum qui sibi sapientes esse videntur, vana esse et inutilia ad finem quem spectant, id est, ad vitam beatam. Omnes enim sapientes beatitudinem promittunt. Omnibus hæc sententiis et rationibus Apolos docet Corinthios, vanam et inanem esse sapientiam et eloquentiam secularem, in quâ ipsi gloriabantur, et ob quam Apollo præpochant Paulo. Veram autem sapientiam esse fidem et doctrinam christianam, quam ipse eis, simpliciter licet sermone, ardent tamen, et efficaci spiritu prædicaverat.

VERS. 21. — *Nemo itaque gloriatur.* etc. Eloquenti-

Omnes hic Corinthios alloquitur, ex supra dictis concludens nemini gloriandum esse in hominibus, quicumque sint illi, et quantalibet sapientiâ sint præditi; quasi diceret: Cum ita sit quod ministri nihil sint, v. 7, et quod sapientiâ sit stultitia apud Deum, v. 19.

NEMO ERGO GLORIETUR IN HOMINIBUS propter eorum humanam sapientiam; nemo ob illos contendat, et eis nemo sese addicat.

VERS. 22. — *OMNIA ENIM VESTRA SUNT...* Dat rationem cur in hominibus, quamvis sapientibus, non sit nobis gloriandum; sed in Deo solo, qui nobis per Christum et ob Christum dedit et ministros salutis, et omnia ad fidem necessaria. Quasi diceret: Per Dei misericordiam et liberalitatem, *omnia vestra sunt*, sive Paulus, sive Apollo, sive Petrus, sive quicumque alius Dei minister; Dei jussu et voluntate salutem vestram famularum omnes.

Sive mundus, omnesque in eo contentæ creaturæ, quæ etiam suo modo salutem vestram procurandæ Dei jussu subserviunt.

Sive vita, quæ vobis à Deo data est, ut in eâ beatitudinis æternæ merita colligatis.

Sive mors, quam quidem non fecit Deus, sed quam justè ordinavit, ut peccati supplicium; sed et miser-

ius vel sapientibus, puta Apollo, Paulo, etc.

VERS. 22. — *Omnia enim vestra sunt*, hoc est, omnia propter vos sunt, et ad vestram ordinantur utilitatem: propter vos autem, intellige electos. Horum enim gratiâ sunt omnia.

Sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas. Sive Paulus, inquit, qui plantavit: sive Apollo, qui rigavit: sive Cephas, id est, Petrus, quamvis apostolorum princeps, et, ut ait Thomas, universalis pastor ovium Christi. Nam in non aliud sunt quam ministri, per quos creditis.

Sive mundus, id est, universa corporæ creaturæ, quæ sine dubio propter electos est. *Sive vita, sive mors.* Vestra est vita, ut in eâ merita colligatis: vestra mors, quia per mortem transitis ad vitam æternam.

Sive presentia, sive futura. Vestra sunt presentia, tam adversa quam prospera, quia illis utimini in bonum. Vestra sunt futura bona, quia illis fruimini: unde jam vestra sunt in spe, reipsa erunt in cælo. Ita S. Thomas et Anselmus. Vestra quoque sunt

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

Ex versu 2 discat omnis doctor, concionator, animarum director, doctrinam, conciones, directionem animarum sibi subditarum capacitati proportionare. Vide in Commentario. Ex v. 3 discat omnis christianus quid debeat in suo doctore, concionatore, direttore considerare, audire, revereri. Vide in Commentario. Ex v. 7, 9 discamus omnes quid in Ecclesiâ simus.

1^o Plantat in agro Dei, quas Deus, ut agricola, per suos ministros plantavit et rigat; at quibus ipse solo, per suam gratiam interiori, dat vitam et incrementum. Hinc Dei ministros ita revereramus, ut à Deo solo pendeamus, in ipso confidamus, humiles vitam et incrementum expectemus ab eo. Vide v. 6 et 7.

2^o *Ædificium, domus, palatium, templum, in Christo, angulari lapide, fundatum: in Baptismo inceptum*

S. S. XXIV.

condiderit ut penitentibus esset meritum, illisque transiit, et quasi porta ad æternam vitam; et prospera et adversa, et vita et mors vestræ salutis cooperatur Dei providentiâ.

SIVE PRESENTIA, id est, omnia bona, tum naturæ, tum gratiæ, quæ vobis in presentia vitæ dantur ad æternitatem promerendam.

SIVE FUTURA GLORIÆ BONA, quæ vobis per Christum, et ob Christum promittuntur in cælis:

OMNIA ENIM VESTRA SUNT, tum naturæ, tum gratiæ, tum gloriæ bona; *omnia propter electos.*

VERS. 25. — *VOS AUTEM CHRISTI, SUPPLE, ESTIS, QUI PRETIO MAGNO, SUI SCILICET SANGUINIS, VOS REDEMIT; CUJUSQUE MEMBRA, PECULIUM ET POSSESSIO ESTIS.*

CHRISTUS AUTEM DEI, quia secundum divinitatem est Dei Filius; secundum humanitatem, Dei servus et possessio. Ergo in Christo et in Deo vobis gloriandum: in Christo quidem, cujus estis, in quo et ob quem *omnia vestra sunt*; in Deo autem, qui et Christum et omnia in Christo donavit vobis. *Quomodo non omnia nobis in illo donavit?* Gloriamini igitur in Christo, omnis gratiæ fonte; gloriamini in Deo, omnium honorum fonte et principio. *Letamini in Domino, et exultate justi, et gloriamini, omnes recti corde.*

malæ, infernus, et damnati ut illis dominemini. *Omnia enim vestra sunt*, uti jam per partes ostendi.

VERS. 25. — *Vos autem Christi*: ut membra mystica Christi capitis et Domini estis, ac consequenter Christi possessio estis, sanguine ejus empti. Ita Anselmus et S. Thomas. Q. d. Ergo vobis, ô Corinthii, non in hominibus Paulo, vel Apollo, sed in Christo gloriandum est.

Christus autem Dei. Christus quæ homo, Dei est, quasi Domini et capitis sui creatura et possessio, ait S. Thomas, et Cajetanus.

Ex dictis patet, fideles sanctos, et maxime electos, esse finem, propter quem Deus omnia creavit: hominem verò omnium finem esse Christum ut homo. Hæc enim gloria per se tali homini debetur, scilicet, ut omnium creaturam et hominem esset finis, ut omnia illi servirent, ut omnia ad ejus gloriam ordinarentur. Christus autem est propter Deum, et Dei gloriam. Quasi dicat Apostolus: Ergo non in Paulo, vel Apollo, sed in solo Deo, ad quem omnia alia reducuntur, est gloriandum.

est hoc ædificium; per totam autem vitam debet crescere et perfici, v. 10. Perficitur à sacerdotibus per doctrinam; perficitur et ab unoquoque nostrum per opera bona. Videant sacerdotes quid doceant et superaddificent; at nos ipsi videamus quid super Christum, in Baptismo datum, superædificemus, an aurum, argentum, lapides pretiosos. Vide v. 10, 11, 12.

Praxis.

Ut hoc melius digrosos, sistere frequenter coram Deo iudice, qui totus lux et ignis est, et ante ipsius examina opera tua, an in charitate et ex charitate sunt facta; an alicujus inordinati affectus impuritate vitata. Hæc in favillam redigentur, illa sola coram Deo subsistent. Vide v. 15. Inne tremere, dolo, penitentiam ago, ora, attentus vive.

(Quatorze.)